Texte n°3 • « Terra... »

Dans son livre intitulé L'Astronomie, *voici comment Hygin décrit le globe terrestre et les continents…*

Terra mundi media regione conlocata, omnibus partibus aequali dissidens intervallo, centrum obtinet sphaerae. Hanc mediam dividit axis in dimensione totius terrae. Oceanus autem e regione circumductionis sphaerae profusus, prope totius orbis adluit fines ; itaque et signa occidentia in eum decidere existimantur. Sic igitur et terras contineri poterimus explanare : nam quaecumque regio, quae inter arcticum et aestivum finem conlocata est, ea dividitur trifariam : e quibus una pars Europa, altera Asia, tertia Africa vocatur. Europam igitur ab Africa dividit mare ab extremis Oceani finibus et Herculis columnis. Asiam autem et Libyam cum Aegypto disterminat os Nili fluminis, quod Canopicum appellatur. Asiam ab Europa Tanaïs dividit, bifariam se coniciens in paludem quae Maeotis appellatur. Hac igitur definitione facile pervidetur mare omnibus adjectum finibus terrae.

■ Hygin, *L'Astronomie*, I, Chap. 8

La terre, placée au milieu du monde, équidistante de tous ses points, occupe le centre de la sphère. L'axe la partage en deux selon un diamètre de la terre entière. L'Océan […] baigne les confins de presque tout le globe. Aussi les constellations à leur coucher y tombent-elles, pense-t-on. Voici donc comment nous pourrons détailler les continents terrestres : toute la région qui est située entre les cercles arctique et estival se divise en trois parties : l'une d'elles s'appelle l'Europe, l'autre l'Asie, la troisième l'Afrique. Donc l'Europe est séparée de l'Afrique par la mer depuis les confins de l'Océan et les colonnes d'Hercule. L'Asie et la Lybie avec l'Egypte ont pour frontière l'embouchure du Nil, nommée Canopique. L'Asie est séparée de l'Europe par le Tanaïs qui se jette en deux bras dans le marais appelé Méotide. Cette délimitation fait donc voir aisément que la mer prolonge tous les confins terrestres.

■ Hygin, *L'Astronomie, Livre I, Chap. 8*